Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25980
Copyright: Admont, Benediktinerstift



militate mundo venturū nūciabat, Amē
Ut qui natiis ligatam patris lingwā
soluit· ab omnibꝫ vos peccatorꝫ vinculis
absoluat: ut mundo corde· ore· lingwa·
et labijs· in eius natiuitate laudis hos
tiam domino offeratis, Amē Qd̄ ipe In
Deus qui in membris vigi· sci petri·
ecclesie geminatū lumen· quo ca
ueantur tenebre fecisti· lacrimas Petri,
Pauli litteras consecrare· hanc plebem
placidiis intuere Amen Quiqꝫ celos fe
cisti aperire· petrum in claue, paulum ī
dogmate: aperi nobis in meritis ianuas
regni celestis, Amen Et p̄uiantibꝫ ducibꝫ
illuc grex possit accedere· quo p̄uenerunt
pariter· tam ille pastor suspendio· quam ille
Bdoctor gladio districto, Amē Qd̄ Indie scō
Benedicat vobis omnipotens deus·